Terleccy Seradnickiemu Donat

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Nobiles Petrus et Joannes Ter leccy Pławczański fratres germani sani mentibus et corporibus 509
existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque quis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, pro [illegible] libere publice ac per expressum requierunt et quilibet illorum suo pro interesse requirit. Quia ipsi bona sua propria et haereditaria infrascripta Villae agrum Cichorowska nuncupatum inter metas ab Una Nobilis Josephi Wacki et ab altera Nobilium Terlechich Olechnowiczow od Granicy Smereczanskich do granicy Kosinskiey in bonis Villa Lubochowa Terra et Districtu Premisliensi iacentem et consistentem Cum omni proventu Iure Dominio proprietate et haereditate titulo haereditario cumque omnibus et singulis bonorum eorundem Utilitatibus fructibus proventibus redditibus, emolumentis, Commodis, obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter Universis nullis penitus exceptis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra non derogando Verum ita late longe circumferentialiterque ut Effata bona ..

resignatorum hæreditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et qui eadem bona ipsimet recognoscentes tennuerunt habuerunt et possidebant ipsisque concernebant ac eisdem legitime serviebant Iam ex nunc et de facto Nli Strehonio Seredniczki filio olim Nlis Procopii Seredniczki eiusque posteris dederunt donaverunt Inscripserunt et resignaverunt quit præsentibus dant donant ab titulo pure meræ et irrevocabilis Donationis, inscribunt et resignant In quo quidem bona præsentibus per se recognoscentes Donato et resignato iidem suprascripti recognoscentes Nles Petrus et Joannes Ferleczey Szawczawski fratres prænominato Nli Strehonio Seredniczki Donatario suo eiusque posteris Iam ex nunc et de facto coram Officio præsenti dant et admittunt realem Intromissionem et Actualem pacificamque possessionem per Ministerium quemcunque competentem et Nles duos diequacunque voluerit Officiose acceptandam per ipsum Nlem Strehonium Seredniczki Donatarium suum eiusque posteros hæc eadem bona præsentibus per se recognoscentes Donata cum omni eorundem bonorum Iure Dominio proprietate competentiaque et prærogativo quavis tenendum habendum et possidendum illisque quiete et pacifice Utifruendi ac ad suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendum præsentium Inscriptionis Donatariæ Vigore Debetque et tenebitur Attamen recognoscentes

prout se

prout se ac suos Succores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq quibusvis pecuniariis habitis et habendis praefatis Donatario suo et eius posteris inscribunt et obligant praesentibus ipsum et eius Succores in dictis bonis praemissisq omnibus praedictis resignatis ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunq personarum Cuiuscunq Conditionis Status et sexus cuiusvis existentium exoriunda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit per omnes praescriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terris spectat et pertinet proscripto tueri defendere, evincere intercedere et eliberare, indemnemq cum posteris reddere Nec non haec eadem bona praemissaq omnia praesentibus modo praemisso inscripta, Cuiusvis personarum modo quovis factis et faciendis tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem praemissa omnia importatis et importandis Luens deniq et Lerhucris Processibusq Iuris quibusvis inquocunq puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praesenti admissam in Fundo bonorum praefatorum praefatis Donatorum dum per Illos et Illis duos Officiose requiretis non denegare imo debebit et tenentur

eandem libere dare et effectualiter admittere Dataq et admissa eadem possessionem et Vsusfructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsumq Donatarium suum et eius posteros in praemissis omnibus nullo modo iniuriari. Ita Vt eadem bona praesentibus resignata cum Vniversis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus in ideo Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis Vigore tenere, habere, et possidere queat, illisq Vtifrui possit perpetuis et aeternis temporibus Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Juramento taxandis et edicendis per praefatos recognoscentes sive eius Successores praefato Donatario suo Vel eius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendis Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Juramento taxandis et edicendis modo praemisso ad soluendum succubuit ac re aliqua prius ex praemissis non completa complenda Citati existentes Magnifici recognoscentes Magnifici Petrus et Joannes Szawcski fratres germani sive eius Successores ad Instantiam praenominati Magnifici Ahenoni Seredniczki Donatarii sui Vel ipsius posterorum

ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Exnunc recessu superiori quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Comparere respondere Damna praetacta Terrestria simpliciter taxata luere. Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac suos Successores ad eas omnia inscribit et obligat processus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate praemaiori minorennitate Successorum legaliter intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quietorem vel aliis quibusvis dilatoribus et legalibus impedimentis non differens ad quietandum Ultra praesens Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationes sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac promissa omnia paris simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praecone Terrestri bello convectioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis, non subterfugiendo Nec modo aliquovis evadendo Prout sua praesenti personali recognitione ad promissa omnia mediante.

Zabędzki Szczucki Quietat et Statuent ab utrinque